

DEDICATIO.

quàm magni audire maluistis, & duo illa dudum pro  
 disparatissimis habita, Majestatem ac benevolentiam  
 suavissimâ harmoniâ contemperastis: taceo beni-  
 gnitatē & munificentiam, cujus ita publicitus refera-  
 stis fontem, ut eius quoque jam tum ex parte rivulos  
 ad me glorier defluxisse: Quin & Musices nostræ  
 (quod inter alias, dubito, an ante alias Heroicas dotes  
 vestras ponendum fuerat) adeo amantes estis, ut vi-  
 dere mihi videar renatum nobis in utroque hoc ævi  
 nostri fidere quasi duplicem quempiam Achillem,  
 quem constat media inter arma citharam & fideis cō-  
 temperasse. Sed nolo blandiri vobis, cum ea vestra  
 laus vera sit, ex vero laudari non posse, aut si possitis,  
 nec velle. Vnum hoc vos rogo, dignemini illustra-  
 re splendore augusti vestri nominis frontem libri  
 mei, quem incluto honori vestro lubens merito eo  
 consecratum. Suscipite clementer devotum vobis  
 opus, ac sub tutelâ vestrâ pendere patimini in Famæ  
 templo. Ita diu vos sospitet, diu vivere, diu regna-  
 re faxit benignus ille

Gentis humanæ pater atque custos?

in quo & cum quo Valete, MAGNI PRINCIPES,  
 & (quod ex intimis subjectissimi animi visceribus  
 precor) annate, perennate FELICITER. Dat. Hallæ Saxo-  
 num, ANNO MD CXXIV.

Ser. Illust.

Cels. Vestr.

mancipatissimus.

SAMVEL SCHEIDT.

LECTO.